

EXERCITATIO XCIX.

Ex dictis de methodo considerandi opera Dei quàm plurimas Cyriaci Lentuli in Cartesii Physicam calumnias refutari.

1. **H**Anc & sequentem, quæ postrema erit, Exercitationem iis tantum propono qui libros habent contra Cartesianam Philosophiam scriptos, ut videat lector, has præcedentes à 94 inchoatas Exercitationes intelligens (ut sanè nullam habent difficultatem) quot & quantæ calumniæ inde orientur, quòd homines præclara inventa indigno fastu reprehendere malunt, quàm veri studio intelligere.

2. Qui habet librum Cyriaci Lentuli, qui inscribitur *Nova Renati des Cartes Sapiencia &c.* inspiciat loca sequentia: pag. 312. *Absit ut temerè aliquem gravissimi criminis, atheismi & creationis negatæ &c.* Videat ibi duas paginas sequentes.

3. Pergat ad pag. 317. *Deo creationem invidet &c.* pag. 322. 324. ubi omnia quæ proferuntur ex non intellecta vel non considerata Cartesii methodo originem habent.

4. Sic pag. 328. *Verùm enimverò aut assentitur sibi &c.* & pag. 366. *Deum esse Creatorem mundi &c.* Legatur idem pag. 156. & pluribus

bus